

Auctor ad artem.

Vergilius bacchates. [Tua sacra]. i. hymnos sacros bacchi. [Insomnes]. i. peruigiles. [Trahunt orgia]. i. differunt per totam noctem. sunt autem orgia propria bacchi sacra. qm orgi est furor. **Vergilius** iii. ene. Trieterica bacchi orgia] Donec orta dies. [Seneca tragicus. dum matutinos predicat lucifer ortus candida formosi venerabimur ora liei. [Est prope] describit locus ubi Nebrissa posita est. [Surgens clementer]. i. paulatim et modice **Sillius** libro primo punico: um. Clemeter surgente iugo. [In austros] i. a parte meridionali. [Parte reliqua]. i. reliquis tribus lateribus [Precipitante lato] i. habente latera in precipitio [Promissa mentia] subintelligendum est in concione illa superiori: qz oportebat prope esse aliquam urbem ut diximus. [Auspicio] sumpto ex nomine augurio: ut sit a Nebride nebrissa auctoritate **Sillij**. Adoduz namqz est in Strabone Prolomeo et Plinio Nabrissa pro nebrissa [Polleret] satis potens esset: ut ex historia Gothica apparet: et monumentis litterarum in marmoribus. [Rhoderico rege.] Qui fuit gothorum ultimus rex. [Furores libyci.] i. libyes furibundi. [Diruerant] euerterant. [Viget] frequenteratur. [Hic domus.] **Vergilius** in eneid. [Ingenui]. i. quorum maiores non seruerunt [et pares] coequales ex [media conditione]. i. nec plebei nec patricij: sed ex medio ordine] **Johanes** pater es. Quia adhuc viuit agens etatis annum nonagesimum. [Catherina] per. th. sequenti. a. non catherina interpretatur namqz pura siue purgata. [Debemus patrie.] qz fuit vite principium. [sed illa plus debet mihi] cuius subdit causam ne videat impietate reus quia tribuit mihi vitam mortalem: ego illi nomen eternum. [Huc honorem vite mortalis.] ex **Vergilius** li. iij. georgicorum. En etiam hunc ipsum vite mortalis honorem,

Et te bacche vocant et tua sacra canunt.
 Insonesq; trahunt bacchantes orgia donec
 Cedere luciferum cogeret orta dies.
 Est prope moticulus surgens clementer in austros
 Parte tamen reliqua precipitante latus.
 Hic promissa pater fundavit mentia bacchus.
 Nebrissamq; vocat. nebridis auspicio.
 Que cum polleret Rhoderico rege: furores
 Diruerant libyci: nunc renouata viget.
 Hic domus. hec patria est. hic me genuere parentes
 Ingenui: et media conditione pares.
 Nam mihi Johannes pater est Catherinaq; mater
 Debemus patrie: plus tamen illa mihi.
 Illa mihi dedit hunc vite mortalis honorem:
 Sed studijs nostris illa perennis erit.

Recapitulatio.

Anacephaleosis earum rerum: que in toto hoc grammatices opere continentur.

Liber primus de primis grammatices rudimentis.
 De nominum declinatione. Cap. primum.
 De pronominum declinatione. Cap. ij.
 De nominum grecorum declinatione. Cap. iij.
 De nominum barbarorum declinatione. Cap. iij.
 De quattuor coniugationibus. Cap. v.
 De formatione verborum regularium. Cap. vi.
 De verbis irregularibus et defectiuis. Cap. vii.
 De primis puerorum preexercitamentis. Cap. viij.

Liber secundus de genere et declinatione nominum atq; de preteritis et supinis verborum.

De genere nominum. Cap. i.
 De declinatione nominum. Cap. ij.
 De nominibus anomalis et defectiuis. Cap. iij.
 De preteritis verborum. Cap. iij.
 De supinis verborum. Cap. v.
 De supinis verborum deponentium et communium. Cap. vi.
 De verbis carentibus supino. Cap. vii.
 De varietate quadam verborum. Cap. viij.